 n. 27.
 Diſpoſitio generica, recipit interpre-
 tationem a jure, & conſuetudi-
 ne atque rei de qua agitur na-
 tura. n. 28.
 Siquis legat rem ſuam, quæ alias
 cum alio communis eſt, hæc diſ-
 poſitio reſtringitur ad rem, &
 eam reſpicit, quatenus ſua eſt.
 n. 30.
 Quæſtio voluntatis plurimum pendet
 arbitrio ejus decifio. n. 31.
 Proximior vocato, non admittitur
 repræſentatio, ſed conſangui-
 neus proximior ultimo poſſeſſo-
 ri, ſuccedit. n. 33.
 Quod conſtanter procedit, quando
 proximior vocatur, cum relatio-
 ne ad tempus mortis ultimi poſ-
 ſidentis. n. 34.
 Voluntatis interpretatio, nihil aliud
 eſt quam ſenſum alioquin laten-
 tem, & verbis non expreſſum;
 ex ratione legis de promere n. 38.
 Una clauſula in inſtitutione adjecta,
 pe aliam declaratur. n. 40.
 Et ſi per declarationem, ad concor-
 diam reduci non poſſunt clauſu-
 læ repugnantes, potius ſecun-
 dum diſpoſitionem juris ultimæ
 clauſulæ ſtatur. n. 41.

DE hac materia agit Ord. lib. 4.
 tit. 100. §. 2. & Nos diximus
 cap. 9. & vide Pereir. dec. 5. & 8.

No Feito de Appellação civil de
 Luiz Gonçalves, com Dona Brio-
 lanja Coutinho, e o Padre Fr. Hen-
 rique Coutinho, Eſcrivaõ Jorge Bar-
 reyros de Aguiar, ſe deu a ſentença
 ſeguinte.

Visto

Vistos, estes autos, &c. Foy deduzido pelo Author, que Dona Margarida de Landim, e mulher de Pedro Barriga fizera morgado da sua terça, com as vocações que na instituição junta se declarão, e que por morte do ultimo possuidor o Balio de Acre Frey Pedro Bariga, de quem não ficaram descendentes, se devolvera a successão ao Author, por ser neto de Dom Henrique Coutinho, que teve por filha a Dona Phelippa Coutinho mãe do Author, e que o Reo se introduzira na posse de alguns bens do dito morgado, com fundamento de haver sido de Dona Maria de Castro, que foy irmã do dito Dom Henrique, avô do Author, o que não podia aproveitar ao Reo, porque o Author o precedia, mediante a representação, assim como se vivo fosse seu avô do Author, havia de preceder pela qualidade do sexo, a sua irmã mãe do Reo, pelo que lhe devia o Reo restituir a parte dos bens do morgado que possuía, para o Author os lograr com os mais que em si tinha. Contrariou o Reo dizendo, que a elle se lhe desfrira a successão deste morgado, por morte do Balio ultimo possuidor, porque tratando-se da dita successão ao presente entre transverfaes, que não eram descendentes do instituidor, não tinha lugar a representação, e se devia guardar na forma da Ley do Reyno, a disposição de direito commum, que neste caso admitia o parente mais chegado em grau ao ultimo possuidor, sendo do sangue da familia, e que confessando o Author que a linha effectiva da descendencia da instituidora se achava no Balio de quem não ficara descendencia legitima, nem podia ficar supposto o voto da sua religião, se devolvera a successão aos transver-

faes, para os quais a instituidora dispusera novo modo de succeder, porque clara, e expressamente o parente mais chegado em grau ao ultimo possuidor, sendo do sangue da familia, e que o Author se achava mais afastado hum grau, que o Reo. A oppoente allegou a execução de ambos os litigantes, que ella precedia ao Author, por estar mais proxima ao possuidor, e não haver representação nestes termos, e ser assim vontade da disponente, e que ao Reo tambem o precedia, porque ainda que elle fosse seu irmão varão com tudo era religioso professo, e incapacitado para satisfazer às clausulas da instituição, annuenciando bens ao morgado, e trazendo as armas da familia, e que o Author, e Reo lhe deviaõ largar os bens deste vinculo. O que visto, e o mais dos autos, e porque se mostra que no Balio Frey Pedro Barriga, se acabou a linha effectiva dos descendentes da instituidora Dona Margarida de Landim, que tratando dos transverfaes chamou expressamente ao parente que mais chegado em grau fosse vivo, ao tempo da morte do possuidor; e outrossim que as femeas posto que mais velhas, em igual grau fossem precedidas pelos varoens, o que tambem assim he disposto pela Ordenação do Reyno no caso presente em que se trata de successão, não entre irmão; ou filhos de irmãos do possuidor, ou descendentes transverfaes da instituidora, para na forma da dita Ley, e do direyto commum, a que se refere, ter lugar a representação: porém sim entre os litigantes, que ainda que sejam da familia, não são descendentes da instituidora, termos em que nos da disposição, e Ley do Reyno, e direito Civil, fica precedente o parente

parente que ſe achar mais chegado em graõ ao poſſuidor, e computados os graõs, ſe ache que o Reo, e a oppoente eſtãõ hum graõ mais chegados que o Author, porque ſendo para hum, e outro, commun aſcendente Dom Diogo Coutinho, foy eſte avõ do Reo, e da oppoente, e bisavõ do Author, porque o Author he filho de Dona Phelippa Coutinho, que foy filha de Dom Henrique Coutinho, filho do dito Dom Diogo; e o Reo, e a oppoente ſãõ filhos de Dona Maria de Caſtro filha outroſim que foy do dito Dom Diogo, aſcendente commun deſtas partes; e outroſim ſe mostra que o Reo depois de preceder ao Author em graõ, precede à oppoente ſua irmãa pela qualidade de varaõ favorecida na Ley, e diſpoſição. Por tanto declaro ao Reo legitimo ſucceſſor do morgado de que ſe trata, e absolvo do pedido pelo Author, e pela oppoente, ſem que obſte dizer ſe que por ſer o Reo Religioſo profeſſo não pode uſar do appellido, e armas da familia, nem anexar ao vinculo huma terra que valha trez mil reis de renda, porque o Reo ſe acha ja com o dito appellido dos Barrigas, e das armas da familia pode uſar ſem offender os ſeus estatutos, como poderiam uſar o Author, e a oppoente, e para anexação da terra, por ſer o Reo de alheya jurisdição, dará caução idonea nos autos, antes que delles ſe paſſe eſta ſentença, a que ſatisfará com a dita anexação como ſe offerece a fazer dentro de hum mez, depois de paſſar a ſentença em conſa julgada, aliãõ ficarãõ ſujeito à diſpoſição da inſtituidora, e ſe houvera o implemento pelos bens do fiador: e paguem o Author, e a oppoente os autos de permeyo. Lisboa 3. de Novembro

de 1689. João Guedes de Sa.

Ab hac ſententia appellatum fuit ad ſupplicationis Senatum, ubi lata fuit ſententia ſequens.

Acordaõ os do Dezebargo, &c. Foy bem julgado pelo Juiz do Civel em determinar que a legitima ſucceſſão deſta Cappella não pertencia aos Appellantes porẽm em determinar que pertencia ao Appellado, foy por elle menos bem julgado, revogando neſta parte ſua ſentença cumpra ſe o confirmado por alguns de ſeus fundamentos, e o mais dos autos, os quais viſtos, e como delles não conſte ſer o Appellado do ſangue da inſtituidora, nem tambem os Appellantes termos em que conforme aos de direito ſe lhes não pode devolver a ſucceſſão em razão do parentesco; por tanto lha não julgaõ, ſem que obſte a clauſula da inſtituição por onde conſta que a inſtituidora chamou para a ſucceſſão deſta Cappella os parentes de ſeu filho, e lhe poz a obrigação de uſarem do appellido, e armas, que respeitavaõ a ſeu marido, termos em que parecia que a meſma inſtituidora ſe quiz afastar das diſpoſições regulares de direito querendo que ſucedeffem os parentes, ainda que não foſſem do ſeu ſangue. Porque ſe responde que a inſtituidora uſou de palavras gerais chamando os parentes de ſeu filho, e todas as vezes que a diſpoſição he generica ſe deve interpretar conforme as reſoluções de direito, e como conforme a eſtas ſó ſe julguem chamados aquelles que ſãõ do ſangue do inſtituidor, não o ſendo os contendores, de nenhuma ſorte podem ſer admitidos, e com maior razão viſta a outra clauſula da meſma inſtituição, por onde conſta que faltando os parentes, e não nomeando o ultimo poſſuidor, declara a inſtituidora que a Cappella vá ao herdeiro inſtituido; ou àquelle que lhe ouver de ſuceder abinteſtado por outro

tro qualquer parentesco, o que de nenhuma sorte se pode verificar, sendo pela primeira clausula chamados os parentes que não fossem do sangue da instituidora, pois he certo conforme a direito, que o parentesco dos filhos só se pode derivar do pay, e da mãy, para que não haja esta contradicção de necessidade a primeira clausula, aos parentes do sangue da instituidora se ha de referir, nem tambem a obrigação do appellido, e armas per si só induz vocação, principalmente sendo esta posta aos estranhos, em razão dos descendentes chamados, que ja no tal tempo se achavaõ com os mesmos appellidos. Por tanto attendendo à falta de prova do parentesco a respeito do sangue da instituidora, declarão não ter nenhum dos contendores acção para a Cappella de que se trata, attendendo porèm à posse em que se achão, que lhe basta para serem conservados, os absolvem do pedido assim por acção, como por reconvenção, e paguem os Appellantes, e Appellado as custas por iguais partes em que os tondemnaõ. Lisboa 15. de Abril de 1692. Albuquerque. Brito. Vieira.

1 Hæc sententia fundata fuit in deliberationibus sequentibus.

Factum hujus processus solita veritate refert Doctissimus Patronos in sua aurea præoratione, quod nobis ob temporis angustias iterum referre non licebit, igitur certa ab incertis separando, illustris inter illustres est quæstio, utrum scilicet, ad successionem maioratus inter transversales, qui de sanguine instituentis non sunt admittatur repræsentatio, vel maioratus successio deferatur, virtute gradus proximitatis, nam admilla repræsentatione bonum jus Actori favet: at verò si proximitas gradus tantum attenditur Reus meliorem causam habet.

2 Quod quæstio inter transversales

agitetur, inconfesso est, quia neque Actor, neque Reus, & istius sororem opponentem, ab institutrice descendere patet ex certitudinibus; quo supposito in præsentī casu locum non habere repræsentationem, tam ex dispositione juris, quam ex voluntate testatricis, firmo pede judicamus; Et relicta illa communi³ regula, nempe quod in maioratibus semper proximior in gradu succedit juxta text. in L. pæclo §. fratre text. in L. cum ita §. fideicommissio, text. in L. pronuntiatio ff. de legat. 2. tradunt Fusar. de substit. q. 484. n. 1. Rox. de incompat. p. 4. cap. 1. n. 85. Gam. decis. 7. n. 1. & decis. 203. n. 23. Cabed. p. 2. decis. 31. n. 4. Valasc. de jur. emphyt. q. 50. n. 34. Sous. in L. fæmina ff. de regul. jur. §. 1. n. 54. Barbof. ad Ord. in 4. tit. 100. Phæb. decis. 141. n. 21. & decis. 104. Reinos. observ. 26. Pinheir. de emphyt. 2. p. disput. 5. Sect. 4 §. 3. n. 28. In præsentī casu habemus legem expressam nostrorum Doctorum intelligentiam, nempe Ord. in 4. tit. 100. ad illa verba. E se os transversaes não forem descendentes do instituidor se guardará o que he disposto por direito commum. Quæ⁴ quidem verba importare exclusionem repræsentationis tenet Reinos. observ. 26. n. 3. per Auth. post fratres a 2. Cod. de legit. hered. Tiracquel in tract. de primog. q. 41. n. 4. Decius cons. 1. n. 4. idem colligitur ex dictis per Mantic. de conject. lib. 8. tit. 9. n. 4. Additionator ad eundem Reynos: ergo cum ut supra diximus tam Actor, quam Reus, & ejus soror reperiantur omnimodo transversales merito in his terminis juxta juris dispositionem repræsentatio non habet locum, & tantum juxta communem regulam supra positam proximitas gradus ad præfatam successionem attendi debet.

Alio

- 5 Alio etiam ex capite in nostro caſu ad gradus proximitatem tantum attendere debemus, quippe tam illuſtriſſimus Actor, quàm Religioſiſſimus Reus, & ejus ſoror deſcendentes dicuntur ab illo nobiliſſimo viro Dono Didaco Coutinho, ex quo inferitur quod in eadem
- 6 linea ſunt quia de linea alicujus dicuntur illi, cujus ipſe caput eſt, & ab ipſo tanquam à fonte derivantur *text. in L. pronuntiatio in ſin. ff. de verbor. ſignific. Molin. de primog. cap. 6. n. 34. Valaſc. conf. 113. n. 94. Giurb. de ſecid. §. 2. gloſ. 1. à n. 28. uſque ad n. 49.* At qui quando duo deſcendentes
- 7 ſunt in eadem linea, qui proximior eſt in gradu ſucceedere debet ut tenet *Gutier. practic. lib. 5. q. 28. n. 49. Giurb. ubi ſupra n. 25. Fontan. deciſ. 34. cum multis Molin. de primogen. lib. 3. cap. 4. n. 13. &*
- 8 *14.* & ratio eſt, quia ſucceſſio maioratus regulatur per quatuor qualitates, ſcilicet, linea, gradus, ſexus, & ætas, ut optime tenet *Card. poſt tractat. de jure acceſſend. reſponſ. 2. de præſentation. n. 36.* At qui ut ſupra diximus Actor, & reus & ejus ſoror in eadem ſunt linea: ergo juxta proximitatem gradus ſucceſſio regulari debet.
- 9 Deinde repræſentatio, fictio dicitur; ut ex ipſamet diffinitione patet, ac ita non admittitur niſi in caſibus expreſſis, & extensionem non recipit, neque ad diverſos caſus porrigitur tenet *Valaſc. de jur. emphyt. q. 50. n. 30. ad medium verſ.*
- 10 Unde. Atqui in jure expreſſum non invenitur, quod inter tranſverſales reſpectu primi inſtituentis repræſentatio admittatur, ſed imò potius cautum fuit, quod dicta repræſentatio auferatur juxta dictam *Auth. poſt fratres Cod. de leg. hered:* ergo nullo modo in noſtro caſu repræſentatio admitti poteſt.
- Pars IV.

ſentatio admitti poteſt.

Etiã ex diſpoſitione teſtatricis repræſentatio videtur excluſa, & admiſſa tantum gradus proximitas. Certum enim eſt quod teſtator excluſdere poteſt repræſentationem, ſicut & eam inducere *Menoch. conf. 115. n. 139. & lib. 4. præſumpt. 95. n. 19. in fine Mantic. de conject. lib. 8. tit. 9. n. 4. in ſin. & concludentes conjecturæ ſufficiunt ad dictam excluſionem ut tenet Caſtilho lib. 3. controverſ. cap. 19. n. 119. cum ſequentib. & à n. 182. uſque ad n. 184.*

Tres enim conjecturæ concurrunt in præſenti caſu, quæ validiſſimæ conſiderantur ad repræſentationis ſententiam, quia ita teſtatrix ſuam aperit mentem ibi: *Porque minha tenção he que em tal caſo herde o mais chegado em grao que vivo for ao tempo da morte do poſſuidor poſto que ſeja femea como dito he:* prima ergo deducitur ex vocatione proximioris ibi: *o mais chegado:* de qua teſtantur *Roland. à Vaſle conf. 68. n. 33. Menoch. conf. 169. n. 49. Petr. de fideicommiſſ. q. 11. n. 110. cum ſequentib. Mantic. de conject. lib. 8. tit. 9. n. 10. Peregrin. conf. 63. n. 21. lib. 2. Secunda conjectura deducitur ex illis verbis ibi: *o mais chegado em grao:* quæ important clauſulam ſalva gradus prerogativa, de qua loquuntur *Paul. de Caſtr. in Auth. defunto col. 1. verſ. Sed Jacobus Cod. ad Tert. Paris. conf. 30. 58. Menoch. conf. 124. n. 85. Mantic. d. lib. 8. tit. 9. n. 9. Molin. de primogen. cap. 8. n. 16. Valaſc. de jur. emphyt. q. 50. n. 37. Milan. deciſ. 8. n. 209.* Tertia conjectura conſideratur ex illis verbis ibi: *que vivo for ao tempo da morte do inſtituidor:* ex quibus inferitur teſtatricem ſuperſtitem vocare, & excluſdere repræſentationem diſcri-*

bunt *Paris. conf. 37. n. 50. Matie. d. lib. 8. tit. 9. n. 5. Molin. d. lib. 3. cap. 8. n. 5. Peregr. d. 10. Menoch. d. conj. 124. n. 95. q. 11. n. Nat. conf. 551. n. 28. lib. 3.*

13 Et quanvis illa prima conjectura non sufficiat ad representationem excludendam ex dictis per *Molin. d. lib. 3. cap. 8. n. 11. vers. hæc autem, & semper intelligendum sit quod succedat proximior mediante representatione, quippe dicta clausula non respicit personam, sed successionem tenet Avendanb. in L. Tauri 40. glos. 20. n. 21. & bene colligitur ex nostra lege in 4. tit. 100. §. 2. ubi semper ultimo possessori proximior præferre debet: ergo si ex prædicta clausula sublata esset representatio, inutilis, & ferè correctâ maneret dispositio ejusdem legis in principio.*

Attamen in præsentî casu duplici ex capite dictam clausulam excludere representationem affirmamus. Primò quia illa clausula succedat

14 proximior non tollit representationem quando sumus in casu, in quo representatio dari potest, atqui in nostro casu representatio admitti nequit, quia ut supra diximus, quæstio inter transversales respectu institutricis agitur; ergo per dictam clausulam testatrix tantum magis suam mentem aperire voluit ad representationis exclusionem; præter allegatos tenent *Alexand. conf. 82. col. ultim. Peregr. conf. 46. n. 18. lib. 2. Mars conf. 3. n. 3. Rim. jun. conf. 75. n. 18. lib. 1. Cephal. conf. 6. n. 32. Decian. conf. 9. n. 42.*

15 Secundo quia tum clausula succedat proximior, representationem non excludit quando simpliciter apponitur, at vero quando ei adijcitur quòd succedat proximior, qui superstes fuerit tempore mortis ulti-

mi possessoris, tunc enim non est locus representationi latissimi tenet *Carvalh. inclement. plures de jure patron. mihi n. 156. Valasc. de justissima nostri Regni acclamatione 2. p. punct. 1. §. 4. n. 116. Præceptor Cutha in L. cum ita §. in fideicommissio ff. de leg. 2. Castilb. controvers. cap. 19. de representation. n. 337.*

16 Ulterius supposita clausula succedat proximior, seu apposita clausula gradus prerogativa non esse locus representationi tenet cum multis *Doctorib. noster doctissimus Valasc. de jur. emphyt. q. 50. n. 36. & 37. & hanc esse magis propriam interpretationem mentis testantis affirmat ergo recte concludimus quod etiam de voluntate disponentis representatio censetur exclusâ; sicut ex dispositione legis, ac per consequens minus bene agit illustrissimus Actor, quippe succedere nequit, non virtute representationis, quia sumus in transversalibus respectu institutricis, non ratione melioris lineæ, quia in eadem met lineâ consideratur, ut supra probavimus cum Religiosissimo Reo, & ejus sorore, quibus suppositis, neque sexus attenditur, neque ætas consideratur. Succumbat ergo illustrissimus Actor.*

17 Restat denique investigare an soror Religiosissimi Rei eum excludat, quia tunc excludere Actorem proculdubio est juxta illam regulam si vinco Vincentem te, à fortiori vincam te, & quanvis Religiosissimus Reus habeat in sui favorem illam testatricis dispositionem, nempe, quòd in parigradu, masculus succedat ut patet, attamen invenitur Monachus, 18 qui omnia, quæ acquirit monasterio acquirit, & quanvis monasterium si est capax bonorum in vita Monachi succedere potest ex dictis per *Molin. de primog. lib. 1. cap. 13.*

n. 7. *Fragos. de regimin. Respublic. p. 3. lib. 9. §. 3. n. 6. Portug. de donat. reg. lib. 1. tom. 1. prælud. 2. §. 2. n. 134. Rox. de incompat. p. 6. cap. 4. n. 97.* hoc procedere dicitur quando non adjicitur illa clauſula delationis cognominis & armorum juxta ſupra rellatos Doctores.

Plane in noſtro caſu teſtatrix jubet quod ſucceſſor maioratus portet arma familiæ *dos Barrigas*, cognomenque eorum conſeruet, et denique annexet aliquod prædium maioratui, ut patet, merito Religioſiſſimus Reus ſuccedere nequit.

19 Et ratio eſt, quia principalis inſtitutorum finis eſt ſplendorem ſuæ familiæ conſervare, ſuamque memoriam perpetuare, et nomen ſuum extendere quod in bonum Reipublicæ eſt, ut colligitur ut ex *Ord. in 4. tit. 100. §. 5.* præcipue quando inſtitutor perſona nobilis invenitur, ut in noſtro caſu in terminis tenet *Caſtilh. lib. 3. cap. 12. n. 80.* quæ omnia minime ſeu multum improprie conſervatur quando nomine Monachi monaſterium ſuccedit, dummodo corpus fictum dicitur, et omnino extraneum à ſanguine inſtituentis. Neque dici poteſt quod tunc non attenditur monaſterium, ſed ipſe monachus, qui memoriam teſtantis conſiderat, et de ejus ſanguine dicitur, quia hoc improprie conſideratur. Denique monachus per illa tria vota minimè acquirere poteſt, neque per momentum ſuccedit, ſed illico maioratus in monaſterium tranſit *text. in L. placet*

20 *79. ff. de acquir. hered.* Monachus enim, et ſervus ad hunc effectum æquiparantur *Ægid. ad text. in L. ex hoc jur. 2. p. cap. 4. n. 1. ff. de juſt.*

21 *& jur.* ergo ſi monachus habere nequit maioratum, multo fortius monaſterium non poterit, quia tanquam corpus fictum neque de ſan-

Pars IV.

guine, neque de familia inſtituentis dicitur, quod requiritur ad ſuccedendum, hoc enim procedit quando ſimpliciter maioratus fuit inſtitutus: ergo multo fortius quando prædictæ clauſulæ inſtitutioni adjiciuntur, ut tenet *Molin. de primog. lib. 1. cap. 13. à 91. uſque ad n. 95. Caſtilh. lib. 3. d. cap. 12. à n. 54. & tom. 6. cap. 162. n. 23. cum multis Olea de ceſſione juris tit. 3. q. n. 28. optime Barbos. in Auth. ingreſſi n. 14. Mend. in prax. 1. p. cap. 15. n. 15. judicatum refert Peg. aliàs doctiſſimus maior cap. 18. per totum.* Ex quibus à ſucceſſione maioratus tam illuſtriſſimum Actorem, quam Religioſiſſimum Reum excludimus, et opponentem admittimus confirmato ſic, et revocato meritiffimo Judice. Ulyſſipone 7. menſis Octobris anno Domini 1690.

Cunha.

Actorem; et tertiam, quæ ſe oppoſuit hujus maioratus ſucceſſioni, à judicio repellirem, utpote ſine actione agentes ex regula *text. in L. ſi pupilli 6. §. videamus ff. negot. geſtis Barb. in collectan. text. in L. ubi pactum 40. Cod. de tranſact. n. fin.*

Quod prædicti actione careant mihi clare pateſcit, ex libello, et inſtitutione, et eſt in confeſſo maioratum fuiſſe inſtitutum à Margariſta Landini Petri Barriga uxore, ad vinculumque prius invitaffe filium utriuſque natu maiorem, ejuſque decedentes illis deficientibus tranſverſales poſſeſſoris ultimi ex filii prædicti generatione vocaſſet, ut patet, utique non controvertitur illum filium primogenitum ſucceſſionem fuiſſe ingreſſum, ejuſque lineam morte ultimi poſſeſſoris Petri extinctam permanſiſſe, & ideo noſtri litigantes ut hujus tranſverſales circa hanc contendunt ſucceſſionis,

Bbbb ij

24 sionem, sed inciviliter; nam ut transversalis admittatur ad maioratum non sufficit agnatum esse ultimi possessoris sine liberis decedentis, nisi simul sit de sanguine institutoris, ex *Ord. in 4. tit. 100. §. 2.* Additio ad *Gam. decis. 7. ad fin. vers.* ultimi casus *Molin. de primogen. lib. 3. cap. 9. n. 2.* & est in controversum. Plane nostri litigantes quanvis ultimo possessori agnati sint, de instituentis tamen sanguine non sunt, cum non à Margarita, sed Petro ejus viro cognationem cum ultimo possessore dirivent, ut ex libello, & aliis articulis detegitur, igitur ut institutricis extranei, quanvis ultimi possessoris agnati admitti ad maioratum non possunt, eisque ad intentum

25 deficit actio.

Dices prædicta procedere regulariter quando contrarium non constat de mente institutoris, aut expressa, aut conjecturata. In præsentibus autem duplicem adesse conjecturam concludentem, prædictam Margaritam ab illa regula recedere voluisse; primò quia institutione non præscripsit suos agnatos, ceu cognatos esse admitendos, sed tantum illos invitasse, qui talis filij essent, cum de filii generatione, seu sanguine fuissent ibi: *transversal mais chegado ao ultimo possuidor pela geraçãõ do dito meu filho.*

26 Plane nostri litigantes de illius filij sanguine esse videntur, cum ejus patri conjuncti sint, quanvis respectu instituentis extranei, igitur videbatur verba institutionis nostros prætensores non excludere, imò admittere, nec mens testatricis refragatur cum decrevisset maioratus possessores in omni casu, & quocumque modo successuros, sui mariti insignis, & cognomine uti debere, igitur sui viri agnatos potius, quam suos contemplasse vide-

tur nihil enim impedit quominus 27 quis maioratum instituere possit alienæ familiæ contemplatione ex his quæ *Molin. de primogen. lib. 1. cap. 4. n. 42. in fin. cum sequenti.* His tamen non obstantibus hujus maioratus delationem litigantibus de negarem; et in primis verba institutionis non obstant, nam illa verba: *da 28 geraçãõ do dito seu filho:* generalia sunt, et comprehendere possunt, filio conjunctos ex cognatione patris, aut excognitione matris. Plane dispositio generica recipit interpretationem à jure, et consuetudine, atque rei de qua agitur natura ut ex *Barthol. tenet Molin. de primogen. lib. 1. cap. 3. n. 3.* Plane secundum jus solum admittuntur transversales ultimi possessoris, si de sanguine institutoris sunt, et indubio incredibile est patrem familias de transversalibus extraneis cogitasse, nec aliud suadet usus, et consuetudo patris familias maioratum instituentis, nec maioratus natura, ut quotidie experimur, igitur verba prædicta necessario intelligi debent de conjunctis filio ex parte, seu sanguine matris instituentis, non vero patris.

Non obstat tandem illa conjectura, 29 quæ in favorem nostrum prætensores deduci videtur ex illo gravamine possessoribus iuncto ferendi, & utendi armis, & insignis mariti, quod quidem maximè concludit ut intelligamus familiam viri nostram testatricem contemplasse ex *Molin. d. lib. 1. cap. 4. n. 43.* Quia in præsentibus testatrix maioratum non instituit in familia viri, & ita extranea, sed in filio suo, ejusque descendantibus, & ultimo possessori transversalibus ex sanguine filii sui, & quanvis iste filius matri & patri communis esset, tamen dispositio matris loquens de filio suo, ejusque transversalibus, non totum filium

filium comprehendit, nec eius tranſverſales omnes, ſed ſolum reſpicit filium pro ea parte, qua ſuus eſt, quemadmodum ſi quis leget rem ſuam; quæ aliàs ſibi cum alio communis eſt, hæc diſpoſitio reſtringitur ad rem; & eam reſpicit quatenus ſua eſt *L. 5. §. ultim. ff. leg. 1. meum nanque, aut ſuum rectè dicitur quod pro parte eſt L. in re comun. 26. ff. ſervit prædiorum L. ſi quis 74. ff. leg. 3.* ubi ſervi communes ſui rectè dicuntur, ita ſimiliter noſtra teſtatatrix loquens de tranſverſalibus ex generatione filii, intellexiſſe, neceſſario dicendum eſt, de tranſverſalibus filii, quatenus filii ſui ſunt, & eam attingunt, & licet in prædicto gravamine viri memoriam attendiſſet, eamque in maioratus poſſeſſoribus conſervari deſideraret, non tantum ad hunc effectum viri parentelam contemplant, ſed tantum ſuorum filiorum, eorumque deſcendentiam, & tranſverſalium, & ideo in omnium deſſectum, cognatos, ſeu agnatos viri non vocavit, ſed ob maioratus deſideratam perpetuitatem ad electionem recurrit, electumque gravat ad viri arma, & inſignia ferenda, & ita cum ex voluntate teſtatricis illud onus per extraneos ferri, & adimplere poſſit, mihi perſuaderi non potui, ex illo gravamine cenſeri mariti tranſverſales vocatos, & cum quaſtio voluntatis ſit, ut plurimum à noſtro pendet arbitrio eius deſiſio, ex *text. in L. voluntatis Cod. de fideicommiſſ.* Igitur cum deſiciente actione in Actoribus, Reus neceſſario ſit abſolvendus, quin eius jus attendamus, ei nanque ad deſenſionem ſufficit illa vulgaris allegatio, dote non loquitur ſubſtitutio, & quo ad te liberæ ædes habeo; quare ſententiam revoco, quatenus Reum legitimum adminiſtratorem decer-

nit, eam tantum confirmo, quatenus Reum abſolvit. Ulyſſipone 19. Decembris 1690.

D. Vieira.

Cum primo ſapientiffimo, & colendiffimo domino in omnibus indubitanter convenio, nam vero teſtatatrix in ſucceſſione, de qua agitur, expreſſe repræſentationem excludit ut ibi: *O tranſverſal mais chegado ao dito poſſuidor*: proximior enim vocato non admittitur repræſentatio, ſed conſanguineus proximior ultimo poſſeſſori ſuccedit *Valaſc. de jur. emphyt. q. 50. n. 36.* quod conſtanter procedit quando proximior vocatur cum relatione ad tempus mortis ultimi poſſidentis, cum *Carvalh. Valaſc. & aliis dicit Addit. ad Reynof. obſerv. 25. ad n. 3.* Igitur à primo domino prænotatis admitti debet opponens proximior ultimo poſſeſſori capellæ excluſo Actore, & Reo Religioſo, qui ſuo nomine ſuccedere non poteſt, cum quid acquirit monaſterio acquirit, & eius ſuccedit monaſterium incapax armorum, & nominis oneris ſucceſſori impoſiti.

Licet neutra harum partium ſit de parentela inſtitutricis, & regulariter ſuccedens conſanguineus inſtitutoris requiratur ex *Ord. lib. 4. tit. 100. §. 2.* Attamen in præſentiarum ad ſucceſſionem capellæ contentio- nis conſanguinei inſtitutricis non concurrunt, ſed tranſverſales conſanguinei Petri ultimi poſſeſſoris ex latere patris, qui expreſſe, & repetitive vocati inveniuntur ut ibi: *a ſeus parentes tranſverſaes*: & ibi: *pela geração do dito meu filho*: et ibi: *e não havendo d' poſſuidor deſcendentes, nem tranſverſaes alguns*: et ibi: *ficandolhe algum herdeiro*: et melius ibi: *por outro qualquer parentesco*: Itaque teſtatatrix non curavit de cognatione ſua, ſed de conſanguineis

neis ejus filiorum non ex latere patris, et ejus familiae, et nominis conservatione, ita manifeste apparet ibi: *todos se chamarão Barrigas, e tragaõ as armas da dita geraçãõ*: quod fulsitur, quia existente fratre et in simul testamentario ipsiusmet institutricis, nec de eo, nec de ejus successione aliquid in tota serie institutionis cogitavit, sed simpliciter de cognatis, vel hæredibus suorum filiorum, & in illorum defectu de omnino extraneis etiam non hæredibus. Unde evidenter apparet alienam posteritati suæ propriae ante posuisse, ut in terminis nostri casus resolvit *Gam. decis. 206. n. 24. cum sequentibus*; mens nanque fundatorum maioratus est attendendum, nec ab ea discedatur ex *Ord. d. tit. 100. §. 3. limitativo duorum casuum §. 2. Valasc. cons. 116. n. 5. Maced. decis. 16. n. 2.* non solum in clara, sed etiam in interpretativa dispositione *L. hæredes mei §. 1. ff. ad Trebelian.* Ita teneo opponenti actionem competere, in confirmationem, & revocationem judicati. Ulyssipone Aprilis 15. anno 1691.

Matozo.

Placitum doctissimi, & amantissimi domini mei secundo loco deliberantis amplector, omne enim tulit punctum, & nihil substantiale prætermisit. Ulyssipone 11. Januarii 1692.

Britto.

37 In hoc opinionum conflictu, litem dirimere munus me cogit, quod quidem periculosum est siquidem ab utraque parte fortiora urgent fundamenta, ut ex eleganter deliberatis concludenter ostenditur, quapropter magis ut munus adimpleam, quam ut discordias tollam arbitrium interpono, sed priusquam illud palam fiet, aliqua declarare oportet.

38 In primis venit declarandum,

quod voluntatis interpretatio nihil aliud est, quam sentum alioquin latentem, & verbis non bene expressum ex ratione legis depromere, ex his quæ *Menoch. de arbitr. q. 73. n. 17. Giurb. ad consuetudin. Senat. Messan. cap. 2. gloss. 1. p. 1. n. 5.* & hinc provenit, quod interpretatio semper ea assumenda est per quam legum correctio evitetur ex *text. in L. præcipimus Cod. de appellat. L. sancimus Cod. de testament.* sed sic est, quod si in terminis de quibus agimus admittentur consanguinei ultimi possessoris absque eo quod provenisset à sanguine institutricis, interpretatio sumebatur contra dispositionem legis, ut jurisprudentissime ostendit sapientissimus dominus secundo loco deliberans: ergo ne hoc dicatur, consentaneum erit affirmare agentium intentionem corrumpere.

Eo vel maximè, quia si rectè institutio³⁹ verba perpendantur, implicat, quod hujusmodi inclusionis interpretatio admittatur, nam prout deducitur ex institutione, institutrix ad successionem invitavit descendentes legitimos, & transversales, & in illorum defectum ultimo possessori facultatem nominationis concessit, eo etiam addito, quod si nominatio defecisset, quod maioratus successio devolveretur ad hæredem institutum, seu ad hæredem ab intestato, ex quacumque alia consanguinitate, ut potest ex verbis institutionis ibi: *E sendo caso que não nomee o tal possuidor, que não tiver herdeiros como dito he ficando-lhe algum herdeiro a que elle deixar sua fazenda por seu testamento, ou lha herdasse abintestado por outro qualquer parentesco, em tal caso será havido por nomeado o tal herdeiro*: ex quibus verbis jam manifeste ostenditur implicancia, nam filiorum

filiorum consanguinei solum cum eis consanguinitatem habere possunt habito respectu aut ad patrem, aut ad matrem; si enim consanguinei patris jam erant per institutricem invitati in defectum descendendum legitimorum prout tenent sapientissimi domini opinionis contrariæ, ad quos consanguineos referri possunt verba huc usque relata ibi: *Porqualquer outro parentesco*: igitur ad hoc ut implicancia omnis evitetur, & juris dispositio ad terminos reducatur necessario faciendum erit institutricem in principio loquutam fuisse de consanguineis ab ea provenientius, postea vero in illorum defectum prout etiam nominationis de consanguineis ex parte mariti, siquidem alij considerari nequeunt, hoc enim modo dispositio ad concordiam reducitur, & juris dispositio ad un-

quem observatur. Nec in jure novum est quod clausula una in institutione adjecta, quod per aliam ⁴⁰ declaretur, *ex text. in L. utrum ff. de petit. hered. L. quem admodum §. hæc verba ff. ad L. acquil. Gam. decis. 206. n. 11. Valasc. cons. 27. n. 7. in fin.* & si per declarationem ⁴¹ ad concordiam reduci non possunt clausulæ repugnantes potius secundum dispositionem juris ultimæ clausulæ statur, ex his quæ *Gam. decis. 50. n. 3. Gabr. Pereira decis. 21. n. 6. & 7. & decis. 48. n. 7.* ac ita cum in terminis de quibus agimus, concordia consequatur per interpretationem jam supra declaratam, optimo jure dici debet agentibus actionem non competere, sic cum secundo, & quarto sapientissimis dominis sententia revocata Ulyssipone die 8. Aprilis anni 1692.

Albuquerque.

LAUS DEO.





INDEX C O P I O S U S. OMNIUM, SIVE NOTABILIORUM.

Conclusionum, seu sententiarum quæ in hoc quarto Tomo
maioratum adducantur.

*Prior numeros denotat Capitulum, secundus si fortasse est Pagi-
nam, tertius autem, Numerum marginalem indicat.*

A

Actio.

Actio reivenditionis, competit
actori contra reum detinentem
rem emphyteuticam §. 1. p. 18.
column. 1. vers. quoad.

Actio petendi, præscripta est spatio 30.
annorum p. 23. column. 2. in fine verl.
quoad.

Deficiente probatione dominii, deficit
& necesse actio reivenditionis §. 5. p. 45.
column. 2. verl. verum.

Maritus uti bonorum omnium mulieris,
omnes actiones potest movere §. 15. p. 130.
n. 26.

Ex defectu actionis excluditur a iudicio.
§. 17. p. 162. n. 30.

Utrunque cumulare, vetitum est. n. 31.

Actio ad interesse sola datur in emptio-
ne §. 24. p. 292. n. 5.

Abique actione, nemo in iudicio admit-
tendus est §. 25. p. 330. n. 50.

Maioratum successori actio competit ad
vindicanas res maioratus anexas a quocun-
que possessore §. 33. p. 401. n. 1.

Pars IV.

que possessore §. 33. p. 401. n. 1.

Quæquidem procedit, etiam si maiora-
tus successor hæres sit alienantis bona vin-
culata n. 2.

Ad hoc ut actionis exercitium verifice-
tur, omnino requiritur, identitatis pro-
batio, quod identice constet res alienatas
fuisse maioratum anexas n. 3.

In actione reivenditionis, quid neces-
sario probari debeat n. 14.

Actio reivenditionis uti potest ad re-
cuperandas res maioratus alienatas etiam in
maioratum per contractum instituto §. 36. p.
415. n. 4.

Nemo potest sine actione alium cogere
iudicium subire §. 44. p. 468. n. 1.

Ad hoc ut procedat reivenditionis ac-
tio debet actor dominium probare §. 47. p.
482. n. 3. Vide *Reivendicare*.

Quadriginaria præscriptio, tollit omnem,
& quamcunque actionem §. 62. p. 537. n. 9.

Agens sine actione, repellitur a iudicio
§. 64. p. 563. n. 23.

Actor.

Actore non probante, reus absolvitur.
§. 27. p. 242. n. 10.

Cccc

Actori

Actori incumbit probare fundamentum suæ intentionis, & illo non probante Reus absolvitur §. 22. p. 255. n. 8.

In iudiciis tantum consideratur jus actoris §. 25. p. 331. n. 58.

Actus.

Tria canonisant actus humanos scilicet potestas, voluntas, & modus §. 13. p. 118. n. 15.

Actus exendi non debet ultra quam gerit n. 118.

Actus semel irritus sine nova voluntate, non conualecit. §. 17. p. 166. n. 43.

Actus imperfectus qui venit ad casum quo incipere potest, necessario corrumpit. n. 44.

Actus perfectus per contractum, non potest mutari in testamento §. 18. p. 179. n. 2.

Contrarietas non datur in eodem actu §. 22. n. 62.

Actus ultra illorum intentionem non obligantur §. 36. p. 416. n. 6.

Actus binus sufficit ad inducendum consuetudinem §. 62. p. 537. n. 12. & 13.

Acurtius.

Pro opinione Acurtius in hoc nostro regno iudicandum est §. 25. p. 346. n. 106.

Agnatio.

Argumentum a ratione agnationis, est dubium, & periculosum §. 25. p. 334. n. 74.

Ut transversalis admittatur ad maioratus successionem, non sufficit agnatum esse ultimi possessoris, sine liberis decedentis, nisi simul sit de sanguine institutoris §. 65. p. 463. n. 24.

Allegatio.

Allegationes trivolas si admitantur, nullus erit finis litium §. 1. p. 3. n. 6.

Ne ergo immortales fiant. ibidem.

Allegationum multitudo, expeditionem, difficilem reddit. §. 19. p. 211. n. 2.

Alienatio.

Successor revocare potest alienationem,

post mortem alienantis §. 1. p. 18. column. 2. in fine.

Locatio ad longinquum tempus, pro alienatione reputatur n. 34.

Prohibito uno alienationis actu, prohibendus quoque est, omnis, actus ei similis, & qui eundem effectum habet p. 25. column. 1. in medio.

Alienator admittitur ad revocandam alienationem in omnibus alienationibus rerum, quæ alienari prohibita sunt §. 8. p. 65. n. 1.

Attamen prædicta regula locum non habet ad hoc ut alienatio revocetur, respectu commoditatis ad alienantem, seu alienationi consentientem in vita sua pertinentis n. 2.

Maioratus vinculum species alienationis est. §. 8. p. 74. n. 18.

Alienandi facultas quoties in emphyteusis concessione conceditur, & jam si aliæ inveniantur clausulæ quibus contrarium suaderi videatur, neque alienatio prohibetur, neque de pacto, & providentia dicitur emphyteusis n. 20.

Filius potest venire contra alienationem, a patre, vel matre factam si sit hæres tantum in legitima, & pater vel mater titulo tantum lucrativo alienare §. 16. p. 145. n. 38.

Bona libera possunt alienari, salvo onere §. 18. p. 191. n. 23.

Bona vinculata alienari possunt pro debito vinculantis contracto ante vinculi conventionem §. 19. p. 215. n. 19.

Bona maioratus quanvis per successorem alienata sint, possunt, per eundem met restaurari n. 37.

Ubicunque alienatio fit contra leges, & in publicum, vel alterius præjudicium, licitum est contrahenti impugnare proprium factum, aut contractum n. 40.

Possessor maioratus, res totaliter alienando, aut emphyteusim concedendo, aut alio quocunque modo obligando aliis successoribus præjudicare non potest §. 20. p. 230. n. 1.

Maioratus res, cum licentia regis alienari possunt §. 24. p. 291. n. 1.

Sed formas licentiæ ad unguem observari debent. n. 2.

Non impleta conditione alienatio virtute licentiæ conditionalis non tenet n. 3.

Alienari prohibita, si semel alienentur sunt in perpetuum alienabilia §. 25. p. 344. n. 97.

Si

Si in specie in institutione alienatio prohibeatur, nec etiam in vita administratoris, nec servitus ab illo in illa imposita valebit §. 31. p. 385. n. 5.

Limitatur in venditione pro debito instituentis.

Alienatio præsumitur facta, ex causa necessitatis instituentis §. 32. p. 388. n. 2.

Data facultate expressa alienandi fraus non committitur per hæredem, quia jure suo utitur alienando totum patrimonium n. 4.

Quod procedit etiam in facultate tacita, ibidem.

Alienatio ex necessitate permessa a testatore, licita est, & cessat maioratus erectio, neque vocati possunt audiri contra illam. n. 3.

Quando a testatore conceditur facultas hæredi gravato, ut pro suis necessitatibus possit fideicommissi bona alienare in dubium est, posse hæredem gravatum, necessitate urgente alienare n. 12.

Dummodo non sit data opera causa evertendi fideicommissi, tunc nanque alienatio nulla est n. 13.

Quando hæredi gravato facultas alienandi pro suis necessitatibus non conceditur data necessitate, æque alieno oppressus an valide alienari possit n. 16.

Ubi adest alienationis prohibitio, & vocatio filiorum cessat communicatio inter virum, & uxorem n. 20.

Ex alienationis prohibitione ex mente instituentis in filiorum favorem facta, fideicommissum inducitur n. 21.

In alienatione rerum ecclesiæ, quid necessario intervenire debeat §. 34. p. 411. n. 3.

Bona testatore alienari prohibita expressè prohibitionis causa alienari non possunt §. 40. p. 431. n. 13.

Hæc resolutio non procedit in alienatione necessaria n. 14.

In emphyteusi non obstante prohibitione alienationis tamen necessariæ alienationi datur locus n. 15.

Differentia inter prohibitionum alienationi favore familiæ & inter eam quæ simpliciter facta fuit nulla causa, & ratione expressa; ita ut quando fit favore familiæ inducatur maioratus n. 20. 22. & 23.

Facultas ad alienationem rerum maioratus ex diuturnitate temporis præsumitur decem annorum in negotiis modici præju-

Pars IV.

dicij, in maioratibus vero triginta §. 42. p. 449. n. 8.

Facultas ad alienationem rerum maioratus non audito immediato successore concedi solet præsertim pro securitate dotium, & arraharum illustrium personarum n. 15.

Si fideicommissarios alienaverit a familia, domum in familiam relictam potest eam successor reivindicare §. 44. p. 468. n. 2.

Quando alienationis prohibitio est perpetua valet alienatio in vita alienantis, & satis successorii providetur relinquendo ei jus ad agendum n. 4.

Alienans contra alienationem venire potest n. 14.

Admittendus non est alienans si alius adfit ad quem maioratus devolvatur ob contravenientiam n. 15.

Per solam oneris missarum impositionem res non fit in alienabilis §. 46. p. 488. n. 3.

Ex vocatione familiæ, & descendendum inducit tacitam non alienandi prohibitionem n. 13.

Hoc intelligendum quando testator voluit fideicommissum in familia conservare alias autem vulgarem substitutionem constituit n. 14.

Diuturnitas temporis præsumptionem inducit ut solemnitates requisitæ ad alienationem, habeant vim legis §. 52. p. 501. n. 4.

Alienatio facta a marito sine consensu uxoris rerum immobilium nullitate laborat, & ipsi reivindicatio competit §. 61. p. 531. n. 3.

Alimenta.

Alimenta quando debeantur, si alite contestata, si post sententiam §. 13. p. 111. n. 1.

Alii dicunt deberi in prima instantia, si pro petente pugnet, notabilis præsumptio juris. ibidem.

Et ut debeantur in prima instantia, sufficit levis præsumptio. ibidem.

Et ideo præstanda sunt usque ad finem litis ibidem col. 2.

Maxime quia in dubio satius est alere non alendum, quam alendum fame necate. ibidem.

In quasi possessione filiationis sufficit ad alimenta n. 2.

Qui alimenta provisionalia, & expensas litis deberi intentat, duo probare debet n. 4.

Si in alendo necessitas, vel in alimenta præstatur necessitas vel divitiæ crescant, alimenta augenda, vel minuenda sunt n. 7.

Qui alimenta præstare tenetur alicui, & jam ab omnibus qui ab eo alendi sunt, ea præbere tenetur n. 8.

Arbitrio judicis relinquuntur alimentorum præstatio n. 9.

Vocatus in institutione, alimenta recipienda, licet naturalis filius sit, non ideo exclusus invenitur immo admittendus est, dum alius proximior non admittitur n. 10.

Possessor maioratus non tenetur cuicam collateralium alimenta præstare p. 122. n. 23.

Obligatio alimentandi inter collaterales restringitur tantum ad fratres n. 24.

Taxatio alimentorum debet minui, vel augeri per judicem prout contingentia casuum acciderit n. 25.

Nemo tenetur sibi victum quartare, ut alterum alat n. 26.

Alimenta a jure naturæ, tam naturalibus quam filiis spuris debetur §. 43. p. 460. n. 11.

Allodialia.

Attenta primeva natura omnia bona allodialia præsumuntur §. 8. p. 79. n. 21.

Et omnia bona præsumuntur allodialia §. 21. p. 235. n. 3. 5. 9. & §. 33. p. 401. n. 5.

Nisi scriptura maioratus ostendatur §. 62. p. 538. n. 21.

Per transcursum decennii bona uti allodialia possessa, talia præsumuntur n. 4.

Annus.

Annorum computatio quomodo facienda est §. 1. p. 6. n. 9.

Experientia docet, neminem nostris temporibus attingere ad centesimum annum §. 22. 261. n. 30.

Annus cæptus, pro completo non habetur §. 26. p. 353. n. 2.

Sed aliquando annus incohatus pro completo habetur. ibidem.

Unusquisque præsumitur vivere, usque ad centum annos §. 57. p. 515. n. 1. & 4.

Hodie solum ad septuaginta annos vivere præsumitur n. 4.

Appellatio.

Casus appellationis, & supplicationis

æquiparatur remedio revisionis §. 15. p. 128. n. 5.

Appellatione filiorum veniunt naturales §. 12. n. 11.

Appellatione hæredum comprehenduntur non solum hæredes sanguinis sed etiam extranei §. 39. p. 420. n. 1.

Nepotes appellatione filiorum continentur §. 63. p. 548. n. 4.

Contrarium n. 6.

Arbitrer.

Unusquisque est arbitrer, & moderator rei suæ §. 22. p. 254. n. 2.

Argumentum.

De maiori ad minus valet argumentum §. 22. p. 260. n. 27.

Argumentum a ratione agnationis, est dubium & periculolum §. 25. p. 334. n. 74.

Arræ.

Arræ debent reservari, & remuneratio in arris consideratur, ob amissam pudicitiam §. 18. p. 205. n. 73.

Facultas ad alienationem rerum maioratus non audito immediato successore concedi solet præsertim pro securitate dotium, & arraharum illustrium personarum §. 42. p. 454. n. 15.

B

Bartholus.

Bartholi oppiniones quæ non sunt communiter reprobata, sequi debent in judicando, & consulendo de nostro jure regni §. 18. p. 205. n. 77.

Bona.

Bona censuaria sunt libera, & consequenter uniri possunt in vinculum §. 8. p. 67. n. 4.

